

Regalis Baroli Iudex Iohannes de prothomagistro puplicus eiusdem terre notarius et subscripti testes de eiusdem terra. ad hoc specialiter vocati et rogati presentis puplici scripti serie notum facimus et testamur quod prescripto die duodecimo dicti Mensis Iunii Nicolaus et Thomasius fratres filii qd. Gualterii de alexandro concives nostri personaliter in nostri presentia constituti protestati sunt coram nobis quod licet olim fuerunt filii dicti qd. Gualterii de Alexandro. tamen ipsius heredes fore penitus denegant et recusant nolentes paternam adhire hereditatem scilicet tamquam dampnosam repudiarunt eandem non facientes aliqua que pertinerent ad actum apprehendende vel acquirende hereditatis paterne nec Inmiscendo se ipsos in hereditate paterna. tamquam heredes predicti Gualterii - Unde ad futuram memoriam et predictorum Nicolai et Thomasii petitionem pariter eorum cautelam presens puplicum Instrumentum de prestacione predicta ac omnibus aliis supradictis exinde factum est per manus predicti mei Iohannis de prothomagistro puplici Baroli notarii quia predictis rogatus Interfui signo meo solito signatum subscriptum mei qui supra Iudicis et nostrorum subscriptorum testium qui interfuimus subscriptionibus roboratum. Quod scripsi Ego predictus Iohannes puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus Interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Bartholomeus q. s. Iudex. (*Segno*).

† Iacobus de Inbidia puplicus Baroli not. testatur.

† Angelus de elefanto puplicus Baroli not. testatur.

† Riccardus de nicolao puplicus Baroli not. testatur.

Presentata apud acta die ultimo Ianuarii VIII Indictionis Baroli.